

August Varenius Justus Christoph Schomer

**Collegii Theologici in Universitate Rostochiensi Senior & h.t. Decanus Augustus  
Varenius, SS. Theol. D. ... Ad Disputationem Solemnem De Adorando, a  
Reverendo ... Dn. Iusto Christophoro Schomero, Lübecensi, S.S. Theol.  
Candidato pro impetrandis Summis in Theologia honoribus d. XXIX. Augusti, in  
Auditorio Maiori ... Magnificum Dominum Rectorem ... officiose invitat**

Rostochii: Kilius, [1677]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562153>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 19.Aug. 1677

Varenius, Aug./6





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737562153/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562153/phys_0003)

DFG



*Programm*

Qvod altissimæ suæ Majestati gloriosum, Ecclesiæ  
salutare felix & faustum esse jubeat

Qui in Propheta intonat  
**EGO SUM JEHOVA. HOCE ST NOMEN MEUM**  
**ET GLORIAM MEAM ALTERI NON DABO!**  
Collegii Theologici in Universitate Ro-  
stochiensi SENIOR & h. t. DECANUS

# AUGUSTUS VA. RENIUS, SS. Theol. D.

Sereniss. Duc. Mekl. Consistorii As.

essor & Professor Theologus  
Suo & venerabilis Collegii nomine

AD

DISPUTATIONEM SOLEMNEM

De

# ADORANDO,

*à Reverendo, & Clarissimo Viro*



**DN. JUSTO CHRISTOPHORO**

**SCHOMERO, LÜBECENSI, S.S. Theol. Candidato**

pro impetrandis Summis in Theologia honoribus

*d. XXIX. AUGUSTI, in AUDITORIO MAJORI*

horis inde ab Octavâ, ante- & post- meridianis habendam

**MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,**

Excellentissimos Dominos Professores, Doctores, Licentiatos, Reverendos

Verbi divini Ministros, Clarissimos Philosophicæ Magistros, Gene-  
rosos & floridissimos Studiosos, omnesq; alios Literatos

& Literatorum amantes

observanter, & officiose invitatis,

*Rostochii, Typis Hered. JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.*

*1677 19. Aug. 5.*



Vobis de Mysterio SS. Trinitatis in  
Unitate, graviter pronunciatum magno  
AUGUSTINO est, non solum submis-  
sissimā cū reverentia de illo sentiendū  
& loquendum: sed & secundūm autori-  
tatem scripturarum sanctarū, demonstran-  
dum, quod ita fides habeat, & ad scriptu-  
ras, velut REGULAM FIDEI, intentionem omnem dirigen-  
dam, quod nec periculosis alicubi erretur, nec laboriosus ali-  
quid queratur, nec fructuosus aliquid inveniatur (l. i. & 15. de  
Trin.) illud pari veritatis jure de ADORATIONIS RELI-  
GIOSE mysterio, & illius in primis OBJECTO (quod ge-  
nuinis Catholicis non est nisi illa ipsa SS. Trinitas) pro-  
nunciatur. Nec enim alibi, quam ubi veris adoratoribus  
agendum ad Thronum Majestatis est, reverentia submis-  
sior, & religiosior requiritur, nec in alio magis argu-  
mento, ut ad UNICAM illam FIDEI REGULAM intentio  
omnis dirigatur, & ex illâ, ipse Cultus religiosus, coram  
DEO & hominibus legitimetur, desideratur, ac, prout in  
Theologiâ universâ, quæ se in hoc dogma Cultus effun-  
dit, non, necessario magis labore studiove, aliud quid quæ-  
ritur, nec majore fructu invenitur: ita nec periculosis  
alibi nec prodigiis ab illâ ipsâ REGULA FIDEI, sive in  
futili matæologiam, sive blasphemiam cum foris, tum  
domi antilogiam, variasq; confessationes hæreticas ex-  
orbitatur. Requirit profundissimam talem reverentiam  
ipsa meditatio throni, & sedentis in throno, ipsius scil.  
AD.

ADORANDI majestatis, & cum incomparabili illa comparata, nostræ, miserorū ex lapsu & peccato inhabitante mortalium, abjectissimæ vilitatis. Qvod si ad representationē throni sublimis, insidentisq; ADONAI magnificentiam, ipsi Seraphini facies velarunt, & illud: SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS DOMINUS ZEBAOTH. Plena est omnis terra gloria ejus, incessabili voce proclamarunt, sic ut ad musicam illam Angelorum, τριτάγιον concinnum, Melodiam, visi Prophetæ tremere augustissimi Templi postes, & tanto Auditorio dignatus Propheta, pallore pariter & miserabili voce: *Heu mehi! excindor, quia Vir pollutus labiis sum, & in medio populi pollutis labiis habito,* reverentiam cum tremore fuerit confessus; (Is. c. 6. à v. 1. ad 8.) Si ipsi conscripti jam in cœlio Primogeniti, illi Spiritus justorum jam consumatorum, illi ipsi XXIV. Seniores coronati, τριτάγιον concenturi, & INSIDENTI throne, majestatem, gloriam & Honorem dicturi, ante illum procidunt, nec nisi abjectis coronis adorant insidentem, viventem in secula seculorum (Apoc. c. 4. à v. 4. c. 5. II. 13.) Qvanto magis nobis, qvi nondum profecimus in Angelos, & ne Angelicam qvidem, nedum divinam flammam sustinere possumus, nostræ, mortaliū, infirmitatis conscientia, & ADORANDI tū πειρων γάρ εminentia, reverendæ majestatis venerationem, religiososq; tremores exprimere debebat, sic ut, ad instar Principis illius Prophetæ de pollutis labiis queruli, & admirabili, *Prænæ de alari cœlesti sumtæ, Sacramento curati, Verboq; Dominico confirmati, non nisi per partemq; s. adspersionem Sangvinis JESU purgatis à conscientiâ malâ cordibus, in Spiritu & veritate adoratores, illam, qvam ceteroq; vi ex vulneribus Crucifixi, habemus, Sacrarium cœlesti ingrediendi, adq; thronum (virtute meritoq; Pontificis magni, qui transivit cœlos) non jam absumentis flammatæ: sed gratie, accedendi libertatem nobis præsumamus?* (conf. Hebr. 4.

14. 16. c. 10, 19. 22.) Requirit ipsa ad thronum Dei accessu-  
ro, inq; cœleste sic *Sacrarium*, post magnum Antecessorem, in-  
gressuro Precatori, necessaria, πληροφορία τις εν δι. certiorata  
fides, rectam ipsi⁹ ADORANDI apprehensionem ac agnitionem, & utraq; hæc certam stabilem, perfectamq; culig religio-  
osi, vel ADORATIONIS REGULAM (quæ nō natura,  
q̄valis nunc post lapsum est, sine speciali sc. Dei illumina-  
tione cœca & corrupta: sed sola præstat *Scriptura Canonica*) ne speculationib⁹, ratiocinationibusq; carnalibus, de-  
seculo præsumitis, utcunq; externo Schemate judicioq; se-  
culi splendidis, indulgendo, exinde objecta & grad⁹ cultus  
religiosi constituendo, uniq; adorando aliud religioso cul-  
tu honorandum, qvomodo cunq; sive foris illatum, sive  
domi tacitore in pectori natum, idolum apponendo, falsam  
nos vani intellectus lucem, perperam nobis Deum refe-  
rentem, pro Verâ Numinis divini Ideâ habuisse, proq; ve  
vero Deo mōrum imaginationis nostræ idoli adoravisse,  
serò magno cum dolore sapiam⁹. Cum enim in universum,  
prout graviter judicavit Chrysostom⁹ hom. 23. & 24. in Jo-  
hannē, nūlum grandius mysteriis periculū, quām si bac subje-  
ciantur humana ratiocinationi (qvomodo idem ibidem: Οὐ  
δεὶ οὐτως πεῖται σκοτόδουει, ὡς ἀθεώπινος λογισμὸς δπὸ τῆς γῆς πάρ-  
τα φεγγόμενος καὶ μὴ ἀνεχόμενος φωτίζεις ἀναθει· πολλὴν γδ  
ἔχει τὴν ίλυν τὸ γεῶδες τὸν λογισμῶντον, e. Nihil (in mysteriis) gra-  
viores obducit tenebras quām humana ratiocinatio, q̄a non nisi  
terreno seculi more loquitur; Et cœlestem illuminationē non ad-  
mittit. Multum enim limi secum fert humana cogitatio) nec  
cœlestibus imbuatur disciplinis, q̄i non Et animam divini ju-  
ris intelligentem (ψυχὴν ἐυγνωμονα) & decoram secum re-  
verā fert virtutē rectitudinem. Neq; enim (pergit Chryso-  
stomus) saltim illa veri (sive negligentia sive) inquisitionis  
mia (qvā divina mysteria naturali ratione perscrutari vo-  
lumus

Iumus, περιεργαζόμενοι καὶ πελυπεραγμονούσις) & adeo illa πε-  
λυπεραγμονούη Theorica: sed & morū viteq; perversitas, obscu-  
rit intelligentiam divinorū mysteriorum. Anima quippe ēmu-  
tataq; s. præjudiciis affectibq; obnoxia (verba sunt Chry-  
stoffomi) nequit magnum aliquid aut generosum intueri: sed  
tanquam lippitudine quā adam perturbata, in tenebris versatur,  
sanè non ex alio magis fonte qvām ex neglectu veri fontis  
& unicæ illius certæ cultus religiosi REGULÆ, ac applica-  
tis prælatisq; & ad Christianismum allatis, ex scholâ Cabba-  
listarum Judeorum, & ex his Platoniorum, qvæ, de more se-  
culi, rationi magis blandiri videbantur, illis deliriis, de de-  
sideriis nostris, nō immediatè, Deo commēdandis: sed per  
Angelos inferiores ad superiores, & per hos tandem longo  
ordine ad ipsum Numen deferendis, ut, prout Cælarem  
vel Regem nemo facile, nisi gradatim adit, per Ministeria-  
nos ad ipsum Regem affectando viam, qvod ad excellen-  
tiā Regis & submissionem vel humilitatem adeuntis  
faciat: ita nemo ausit, nisi per tot gradus Angelorum sc.  
internunciorum vel intercessorum, ad Christum ascen-  
deret, qvibus aliisque de Spiritibus defunctorum, ex af-  
fectu humano, ratiocinationibus, incertis opinionibus &  
conjecturis, dum nimium indultum, paulatim & per gra-  
dus, ut sit, ex parvis initiis ad prodigiosos excessus, ma-  
nifestamq; idolatriam est deventum. Hoc igitur, & al-  
terum illud vitale religiosi cultus obstat ulū, adoratuō in  
Spiritu & veritate Precatori, removendum fuerit, sic ut  
& veri Numinis & mundi cordis Deo manifestus, legitimare  
suā adorationem coram ipso Deo non minus possit, ac suo  
seculo, sanct⁹ Augustinus, fidem Professionēq; SS. Trini-  
tatis (qvæ sanctiū adoratur, qvām peroratur) formulā se-  
quenti: DOMINE DEUS NOSTER! credimus in te PA-  
TREM ET FILIUM, ET SPIRITUM SANCTUM. Neq;  
enim diceret Veritas: Ite & baptizate omnes gentes in

NOMINE PATRIS, ET FILII ET SPIRITUS SANCTI  
nisi TRINITAS esset. Nec baptizari nos juberet Domine  
DEUS, in ejus nomine, qui non est DOMINUS DEUS.  
Nec diceretur voce divinâ : *Audi Israel* : DOMINUS  
DEUS noster, DEUS unus est, nisi ita essemus TRINITAS, ut  
& UNUS DOMINUS DEUS essemus. Si tu, DEUS PATER  
ipse essemus, & Filius tuus, VERBUM tuum, JESUS CHRI-  
STUS ipse non esset, & DONUM VESTRUM, SPIRITUS  
S. non esset, non legeremus in literis Veritatis : MISIT  
DEUS FILIUM SUUM, nec tu, ô UNIGENITE! dices  
de Spiritu S. Quem mittet Pater in nomine meo, & : Quem  
EGO mittam Vobis à PATRE. Ad hanc Regulam fidei inten-  
tionē meam dirigo. DOMINE DEUS MEUS EXAUDIME!  
Coram te est firmitas & infirmitas mea. Nam serva, ista sana!  
Auge in me ista, donec me reformes ad integrum! Non minùs  
inqvam, coram Deo & hominibus legitimare religiosum  
cultum tali similiue forma contra præcipuos nostro-  
rum temporum sectarios & horum insultus hic liceat;  
DOMINE DEUS, prout non in aliud, qvām in unum No-  
men tuum, PATRIS (nos per baptismum adoptantis) FI-  
LII (universa passionis, mortis, resurrectionis, consumma-  
tissimiq; meriti & satisfactionis beneficia nobis applican-  
ti) & SPIRITUS S. (nos per baptismum regenerantis &  
sanctificantis) baptizatis sumus; ita & in Te UNUM VE-  
RUM DEUM PATREM ET FILIUM ET SPIRITUM S.  
credimus, & Te PATREM FILIUM ET SPIRITUM S.  
unum verum DEUM, nec præter Te alium, religiosè coli-  
mus, adoramus vel invocamus. Nec enim baptizari nos ju-  
beret, DOMINE DEUS, in ejus nomen, in qvod nolles nos  
credere, qvōdve non velles nos religiosâ adoratione, vel in-  
vocatione, glorificare: nec credere nos in alium vel religiosè  
adorare alium, exigere potes, qvām alium, præter Te, Je-  
hovam agnoscere, & gloriam tuam alteri dare, qui & in BA-  
PTISMO

PTISMO ad tui Unius cultum religiosum nos obligasti, &  
magnâ voce, & Israeli tuo, & in illo nobis omnibus accla-  
masti: DOMINUM DEUM TUUM adorabis, & illi SOLI  
(religiosè) servies Matth. 4,10. unde in sanctâ fidei simpli-  
citate agnoscimus & solum DOMINUM DEUM religiosè  
adorandum, & religiosè adorandum, vel colendum, esse DO-  
MINUM DEUM NOSTRUM, atq; adeo & FILIUM, qvia  
est (religiosè) adorandus & invocandus (velut de quo jam  
olim tua, PATRIS, vox audita: *Adorate eum omnes Angeli*  
*Dei Psal. 97,7. Hebr. 1, 6.*) esse quoq; verum & naturâ ac  
æquval gloriâ & majestate DEUM, & Spiritum S. qvia verè  
DEUS & persona divina est, cum TE, Patre & Filio religio-  
sè adorandū & glorificandum esse. Velut manifestâ blas-  
phemiam ergo detestati sumus, dogma, cùm illud: *Christū*  
in V. T. fuisse nec adoratum vel invocatum, nec adorandum vel  
invocandum: tempore N. T. autem inde à glorificatione, posse  
quidem & adorari & religiosè invocari, ceterū neminem  
Christianū ad invocandum Christum teneri: sed saltem ad  
adorandum, tum alterum: Christum non esse illum Deum, de  
quo dictum: DOMINUM DEUM tuum adorabis: sed alium  
quendam DEUM illi uni SOLIDEO subordinatum, & toto qui-  
dem tempore V. T. nec minus in novo, durante exinanitionis  
Christi statu obligasse illud præceptum: ceterū ex quo Christus  
glorificatus, voluntate Dei dignat⁹ est adoratione, inde jam,  
ultra gradum eminentiorem cultus adorationis, illi DO-  
MINO DEO NOSTRO debitum, non obligare amplius præ-  
ceptum de uno solo DOMINO DEO religiosè adorando vel invoca-  
ndo: sed præter illum obligare quoq; adorationem & invoca-  
tionem Christi, ut Dei vicarii, illi summo subordinati. At quis  
nisi extremè blasphemus & autoratāq; adorandū quidē  
Te, & DEUM te, cultūq; sic religiosum profiteatur: cete-  
rū sic, ut in classem illorū Deorum referat, de quibus Tu  
Deus vivus & Rex sempiternus fulmen illud Anathematis  
pro-

pronunciasti: *Dii isti qvì cœlos & terram non fecerunt, illi per-*  
*rituri sunt è terra, & è regionibus sub caelo* (Jer. 10, 7. 10. 11.)  
*Qvis contrà, non reveratur te, Rex gentium!* Ceterum nec  
Tibi ô DEUS, in cultu religioso sive ANGELOS, sive *San-*  
*ctos defunctos*, (sic ut ad illos velut nostros apud Te Media-  
tores & Intercessores, orationes & vota nostra dirigamus, qvin  
religiosum cultum & Adorationis honorē etiam ad *Ima-*  
*gines & reliquias*, ipsaqve *Offa & cineres* illorum extenda-  
mus) apponim⁹. Nec in Mariæ, utut DEIPARÆ: sed tuo,  
O DOMINE DEUS NOSTER! nomine *vexillum efferi-*  
*mus.* Ostendisti nobis in *Regulâ fidei*, non nisi *unum Mediato-*  
*rem, Hominem Jesum Christum*, nec alium Redemtionis,  
alium Intercessionis Mediatorem: sed eundem unicum  
nostrum, prout Redemptorem, ita & pro Nobis Intercesso-  
rem, qvi mortuus est, imò verò, qvi etiam suscitatus est, qvi  
etiam est ad dextram Dei, qvi etiā interpellat pro nobis. Rom.  
8, 34. 1. Tim. 2, 5. Et qvâ lege? qvâ prece? qvibus Sacra-  
mentis eundem nobis ad Angelos? Prohibet, ad illam VE-  
RITATIS REGULAM: *Dominum Deum tuum adorabis, &*  
*ILLI SOLI servies: conformata vox Angelii Apocalyptic*  
*c. 19, 10. c. 22, 9.* VIDE NE FECERIS! *Conservus tuus sum.*  
DEUM ADORA! Non dimovere nos ille Angelicorum,  
*ταῦτον φρονύνεται & fictæ humilitatis prætextus potuit, scil.*  
non nisi gradatim, per Angelos ad Te, ô Deus, ô Mediator!  
*ascendendum, & illis apud Te intercessoribus desideriorumqz*  
*nostrorum Interpretibus utendum esse, postquam in illâ Re-*  
*gula veritatis ab Apostolo nobis acclamat illud: Ne-*  
*mo, vobis brabejum vel honorem vestrum intercipito!* Nemo  
adeo vobis, per Angelos Mediatores ad Deum ascenden-  
dum, & hâc fine, ut propitios illos intercessores apud  
Deum habeatis, Angelorum Cultum religiosum persva-  
det⁹, &, ut hoc speciosius persuadere possit, ac sub vir-  
tutis, qvæ ceteroqvi precatores ad tribunal Dei ma-  
xime

gimè decet, commendatione, fallere, sub prætextu humiliatitè & decoræ Oratori religioso animi submissionis, aliā vobis, religiosi cultus ANGELORUM REGULAM pro lubitu prescribito, illa, que nungvam, sic habere cognovit, audacter & cum supercilie, velut verissima oracula, simplicioribus obtrudendo, & sic invadendo, ea que non vidit, dum aliis humilitatis in precibus studium commendat, ipse, quod precatores à verâ adorationis REGULA, ad suam illam, Angelorum, reverâ fallentem & falsam, regulâ abduxerit, de Discipulis sectave suâ, sic auctâ, gloriostè, et si temerè inflatus turgidusq; cum ille sensus, s. illa, quam profitetur, de Deo, per Angelos velut Internuncios Numinis adeundo, & ad illos preces cultumq;ve religiosum dirigendo, non SPIRITUS: sed corruptæ CARNIS sit intelligentia, & talis, per quam non servetur: sed vel maximè dissolvatur illa qvæ inter CAPUT ET CORPORIS mystici membra datur, unio pneumatica (Col. II, 18. 19.) Qvomodo ergo, ô Domine, & noster, & qui Sanctorum se Conservos appellant, Angelorum, cum tanto brabeji nostri cœlestis periculo ausuri hic essemus, illis Angelicis, tales gradus adorationis ex mero dictamine SENSUS CARNIS comminiscientibus, nec, qvæ Dei: sed hominum sunt, sapientibus, fidem accommodare? Adeße nobis in viis nostris Custodes, Angelos, interesse cœtibus sanctorum, in ipsa mysteria Evangelica introspectionem appetere, Ecclesiæ adstare, & velut Spiritus λειτουργικὸς ministerii causâ emissor, propter eos qui heredes erunt salutis, sua quoq; in curanda lapsorum pœnitentiâ, & credentium in fide perseverantia, Tibi Conditori, apud homines præstare officia vel ministria, & inde super uno peccatore respiciente, in cœlis exultare, ipsasq; fidélium usq; ad mortem, animas in sinum Abramij exportare, credimus, qvia in REGULA FIDEI omne illud legimus,

mus, eoq; nomine Te, ô DOMINE DEUS NOSTER! qvî  
potentissimos illos Spiritus nobis, & hic per fidem ambulan-  
tib; & de seculo ad visionem decedentib; Custodes excubi-  
toresq; deputasti, submississimam adoratione religiosam ve-  
neramur, certi fidentesq; animi, Te DOMINO DEO NO-  
STRO placato, conciliatos nobis omnes sanctos Angelos,  
militare pro nobis contra Tartari phalangas, armatos uni-  
versae militiae cœlestis exercitus. Perferri autem per Ange-  
los sive in commune omnes, sive septem illorum diarios,  
nostras ad Deum preces, & qvidem, per illos, velut nostros  
apud Te, ô Mediator! Mediatores, vel Intercessores, ob illud  
oblationis precum officium, religiosam nobis compellandos vel  
invocandos, non magis ex Tobia Apocrypho Pseudo Ra-  
phael (c. 12, 15.) qvam pravus interpres Angeli illius  
sive Jacobei Gen. 48, 16. sive Apocalyptic (c. 8, 3.) sive  
etiam illius מֶלֶךְ־מֶלָאך in oratione Elihu Job. 33, 23. per-  
suadere nobis potuit, qui non alium, qvam magni illius  
Consilii, eundemq; federis Angelum, omnium Sanctorum  
preces, etiam mentales, & arcanas illas, qvas creatus An-  
gelus non penetrat, offerentem, & acceptas reddentem,  
veneramur. Sed nec tibi, eterno Filio, Flori Parthenio,  
VIRGINEM MATREM, nedium, tibi, ô SACRATISSIMA TRINI-  
TAS, novam Trinitatem humanam, qvam faciat, JESUS, MARIA,  
JOSEPH, in cultu religioso apponimus, nedium Matri Deiparæ, cum  
indiscretis hujus Cultoribus, Ius non intercedendi solum: sed & præcipi-  
endi tribuendo, banc tibi anteponimus. Concepit illa, gestavit, peperit,  
lactavit, educavit, Te ΘΕΑΝΩΡΩΝ, verè Θεοτόκος, verè Mater Do-  
mini Dei, nostri, verèq; Te Filium subjectum sibi aliquando habuit.  
Agnoscamus, illam ob hanc præcellentiam, ob te, benedictum illum fructū  
ventris, sine pari, benedictam inter mulieres, talesq; prædicandam,  
quale ipfa in Cantico, sine arrogate sibi humilitatis, velut virtutis pro-  
pria, merito, humilem se ascillam Domini professa, totumque illud  
Θεοτόκou axioma meram cœli gratiam interpretata, prætinuit: Ecce  
ex hoc tempore, BEATAM ME prædicabuat omnes generationes:  
qvia

quia fecit mihi MAGNA qui potens est, & sanctum nomen ejus:  
Agnoscimus adeo BEATAM: sed non adorabilem nec adorandam,  
quod nec ipsa agnoverit, cuius anima Te DEO MINUM magnificavit, & cu-  
jus Spiritus in Te DEO Servatore suo exultavit. Agnoscimus beatum  
ventrem, qui Te Dei Filium portavit, & beata ubera, quae Te Condito-  
rem lactaverunt: ceterum ex eadem FIDEI REGULA agnoscimus, pra-  
ferrililos, velut verè caelo beatos, qui audiunt & obseruant sermones  
DOMINI. Insonat nostris animis, tua, ô JESU, vox, quam clamanti:  
Ecce MATER tua! potenter in Discipulos adstantes manu, respon-  
disti: Ecce mater mea! Quisquis enim facit, quod vult Pater ille  
meus, qui est in caelis, is est meus frater, & soror, & mater (Luc. 11,27.28.  
Matth. 12, 47.49.) Et inde ipsa Maria BEATA, non quod peperit, sed  
quod in TE, semen benedictum, CREDITIT Luc. 1, 45. Peperit Ma-  
ria Te Mediatrixem. Peperit Capitis Serpentini Contritorem. Pepe-  
rit TE, PRIMOGENITUM omnis creaturæ, quem jam olim & in  
ipsis mundi primordiis & παλαιων introductorym in orbem terrarū, adora-  
runt omnes Angeli Dei, Te, cui regis et reges concinuerant Seraphini, Te,  
in cuius nomine omne genu se flectit, coelestium, terrestrium & sub-  
terraneorum: At non ipsa MARIA, inter Deum & nos, est Mediatrix,  
non Θεοκαρπα, non ipsa ab Angelis in creatione & in  
introductione Primogeniti in orbem, est adorata, non Mariae acclama-  
tum illud: SANCTUS S.S. nec in Mariae: sed in tuo, JESU! nomine fle-  
gitur omne genu Phil. 2, 10. Sit ergo in honore quidem MARIA:  
Sed tu ô sacramissima Trinitas, sola adorator! Cumque pretiosa sit in  
oculis tuis, ô DOMINE, mors sanctorum tuorum, quibus ex afflictione  
magnâ venientes, non in suo: sed tuo, AGNI, sanguine, suas laverunt  
ac dealbarunt stolas, Martyrum, de illorum quidem victoriis Tibi, O  
Deus, qui eos & homines & Martyres fecisti, ac sanctis tuis Angelis  
ecclasti honore sociasti, gratias agimus, & nos ad imitationem Dei ho-  
minum, qui mundum in tuâ confessione vicerunt, & consecrationem  
parium coronarum atque palmarum, ex eorum memoria renovatione,  
provocamus: Ceterum (ad exemplum veterum, commendatorum in  
Apocalypsi c. 2, 10. Smyrnorum, quorum brevis illa confessio: Chri-  
stum, qui Dei Filius est προκυνημεις s. adoramus: Martyres autem,  
ut Discipulos & imitatores DOMINI, αγιως αγαπωμει s. merito dis-  
ligimus) cuius religiosum, velut spirituale sacrificium, solido offerem-  
b e d u m,

dum, Tibi, soli Deo, & uni Mediatori JESU CHRISTO OMNISCIOS,  
OMNIPRÆSENTI offerimus, quin propter desedum arcano-  
rum cordis scrutinii, mandati divini, & supernaturale mortalium  
cum defunctis Spiritibus communicationis modi, constanter ex RE-  
GILLA FIDEI TENEMUS: Sanctos defunatos nec solum non illos in  
purgatorio commentitios: sed & Regiam celestem jam ingressos, & in  
hac glorijs TECUM, O CHRISTE! Regnantes, religiosè adorandos  
vel invocandos, nullo modo esse, nego, citra idolatriam manifestam,  
illos, illorumq; Reliquias (quas de Corpore relictas, prout ossa Josephi,  
Mosis, Elisei, Joh. Baptiste, Stephani, decorè condimus, et si illas de Spi-  
ritu Prophetice posthumas, Martyrum sc. aliorumq; Sanctorum trium-  
phantium, doctrinam, fidem, patientiam, constantiam, velut pretio-  
sissimas illorum reliquias, publicâ veneratione prosequimur, & imitari  
contendimus) & cum MARIAE, & illorum, tum in primis Tuam, CRUCI-  
FIXI, Imagines (quocung, sive hac Latriæ, sive illæ dulie vel hyperdu-  
lie, & utriusq; sive absolutæ, sive respectivæ sive propriè per se, sive  
propriè per accidens titulo veniant) religiosè coli posse, ut sic Tibi  
soli Trinuni Deo, & in SS. Tuâ Trinitate UNI MEDIATORI JESU  
CHRISTO, in Ecclesiâ cùm triumphante, tum militante maneat AD-  
ORATIONIS totiusq; Cultus religiosi Laus, honor & gloria in secu-  
lorum secula.

Ceterum, abrumpendum hoc (quod in ipsâ solemnî dissertatione  
omnem paginam facit) argumentum præambulum, & post na-  
tum honestissimorum, cursusq; vitalis, qui hæcenus Domino  
Candidato, inter luculentissima studiorum, Academicorum præci-  
puè, Gymnasia, raro cœli beneficio, felix optatisimusq; profluxit, suc-  
cinctam commemorationem, brevissimâ de cetero commentatio-  
ne causa omnis peroranda fuerit. Natus Rev. & Clariss. Dominus  
Candidat⁹ est Lubecæ, celeberrimâ Imperiali metropoli, ipso mane so-  
lemnis Paschalis anno 1648. Patre qvidem Viro Nobilissimo, Amplis-  
simo, Domino, DN. NICOLAO SCHOMERO, tunc Advocato &  
Procuratore Lubecensū ordinario, posthac, Consiliario Brunsvicen-  
sis urbis, jam verò V. I. Doctore & Senatore Lubecensi fulgidissimo.  
Matre, Femina Floridissimâ SUSANNA, Dn. Christophori,  
Schlaffi, Jæti & Practici qvondam apud Hamburgenses & Hollatos  
celeberrimi, filia. Post domesticam educationem, in Scholâ Patriâ,

pro

pro teneræ ætatis captu, à fidelissimis Præceptoribus Literarum & pie-  
tatis rudimentis, jam imbutus, Anno 1658. cum Parentibus Brunsvi-  
gam profectus, & ibidem in Scholâ Martinianâ æqvè fideles & gnavos  
Præceptores nactus, ulteriora in studiis incrementa fecit, qvto & No-  
biliss. Parentibus anno 1663. Lubecam revertentibus, ipse Brunsvigæ  
commorari maluit, seqvente demum anno 1664. Parentes secutus,  
inq; Scholâ patriâ, primùm sub Rectore B. Henr. Bangerto, post B.  
Herm. Nottelmanno ad oratoria exercitia & Philosophiaæ tyrocinia  
conformatus. Anno 1665. hic prævio Examine & absolutione,  
qvam vocant, Sacris Academicis initiatuſ, meā, tunc Rectoris Acad.  
manu albo studiosorum inscriptus est. Anno 1667. primâ æstate,  
post habitam pro more, in Schola Lubecensi, valedictoriā decla-  
rationem, de Præcipuis veterum Germanorum virtutibus, ad Aca-  
demiam Kilonensem se contulit, atq; ibi hospitio & informatione  
Reverendi pl. Ampliss. Dn. D. Wasmuthii, P. P. in lingvis orientali-  
bus fruitus est, aliorum etiam Philosophiaæ Professorum Excellen-  
tissimorum, præcipue Dn. D. Sam. Reiheri, Matheseos, & Dn. D.  
Christoph. Frankii, tunc Logicae & Metaphysicae Professoris, haut in-  
frequens auditor. Sub finem anni 1668. inde Wismariam secessit  
ibiq; Rev. qvondam Dn. Stephani Masti, SS. Th. Lic. nunc in celis be-  
ati, benevolâ operâ ad legenda Rabbinorum scripta adductus, seqventi  
anno 1669. ad Amplissimum Schabbeliani testamenti stipendum à be-  
atis Affinibus, Magnificis sc. Viris, Dn. Dav. Gloxino, & Dn. Henrico  
Schabbelio. JCtis, altero Lubecensium, altero Wismariensem qvondam  
Consule primario meritissimo, qvorum uterq; nunc beatum in  
celis ævum degit, admissus, sub autumnum Gieslam Hassorum est  
profectus, ubi Præceptorem & Hospitem nactus maxime Reverendum  
Dn. Michaëlem Siricium, SS. Th. D. & tunc in Giessenâ, nunc Rosto-  
chieni Academiâ Professorem Theologum ORDINARIUM cele-  
berrimū, Serenissimi Ducis Mekleb. Consiliarium, Consistoriale, &  
Concionatorē aulicum, Ecclesiastū Circuli Rostoch. Superintendente  
fulgidissimū, Domisū, Collegā, & in Christo Fratrem conjunctissimū,  
sub tanto Ductore & Antecessore auspicata fecit Theologiei Studii,  
serio magis atq; magis continuandi, initia, prosecutus illa, freqventa-  
tis plurimis, præcipue disputationiis collegiis RR dd. Dnn. Theologo-  
rum Gieslaſium, D. Petri Haberkornii, D. J. Nic. Misleri & D. Phil.

b 3

Lud.

*Lud. Hannekenii*, sub cuius Præsidio anno 1671. mense Decembri elaboratam à se Disputationem de *Pænitentiâ*, publicè, cum aplausu defendit: neq; sive alias aliorum disputationes, sive Dn. D. Frid. Nitschii, Math. Prof. lectiones Mathematicas, qvà publicas, qvà privatas neglexit. Anno 1672. invasit pectus, genero sum peregrinatio- nis Italicæ consiliū, non aliâ magis hue, qvâm ut Ecclesiæ Romanæ ritus atq; politiam, orientalium etiam Christianorum ibidem celebrata sa- cra, doctissimos per eam regionem Viros, & frequentia antiquitatis monumenta oculis ipse animisq; cupidis usurparet. Itaq; assumto uno Itineris svavissimo Comite, ingruente hyeme, *Venetias*, inde *Lau- retum*, *Româ*, *Neapolin*, aliaq; celebria Italie loca adiit, ubi & videre & ex institutis variis Theologorū disputationib⁹ privatisq; cum illis colloqviis audire contigit, unde non levis illi fructus ad Theologica studia redundavit. Imprimis autē in clyla *Vaticane*, aliarūq; *Rome* & per Ita- liā illustrium Bibliothecarū, publicarum & privatarum, perlustranda- rum nullam occasionem neglexit. Ex Italia per Galliam redire pla- cuit. Igitur aditis *Senis*, perlustrata *Florentiâ*, inde *Bononiâ*, *Mediola- num* delatus, in illâ magai Ducatus metropoli aliquantum substitit, allectus præcipue ab ingeniosissimo ac Doctissimo Viro, Manfredo Septalio, Canonico, cui per erudita colloquia sermonesq; reciprocos familiaritatis innotuit. Post superates inde Alpes, *Lugdunum* Galliæ, & *Parisios*, celeberrimā Gallorū metropolio, ipsaq; sede Basilicā eminen- tissimam pervenit, qvâ viâ urbe, & famigeratissimā Sorbonâ, eā viâ, qvæ *Argentoratum*, *Spiram*, *Heidelbergam* dicit, an. 1673. me- diā & estate in Germaniam & Academiâ Gießensem, ac in hâc, non tan- tum ad Theologica, sed &, cùm animadvertisset, *Theologos Moralistas* absq; cognitione quadam juris Romani civilis & Canonici non satis commode intelligi posse, ad hâc quoq; studia rediit, horisq; subcisi via præcipue civilia & *feudalia syntagma* privatim pervolvit. An. 1674. cùm ad valetudinem curandam domum revocaretur, honorifico tes- stimonio, pro suo erga Clarissimum DN. Candidatum favore Rda. Facultas Theologica Gießensis abeuntem illum impetrata est, oblatâ quoq; Licentia assumendi summos in Theologiâ honores, qvos con- ferre jam runc decreverat, paratissimam ad id se, testata... Anteqvam autem in Patriam contenderet, placuit verno isto tempore Saxonicas Academias invisiere. Igitur *Helmstadium*, *Wittenbergam*, *Lipsiam*, Je- nam

narrat atq; Erfurtum adiit, & celeberrimorum ibidem Professorum  
conspicu, & colloqvo sitibundum omnimoda doctrinæ pectus op-  
plevit. Elapsis aliquot mensibus, incolumis, latusq; laborum celebre-  
ritate patriæ est redditus. Substitit igitur Lübecæ per integrum au-  
num, animumq; interea temporis ad homiletica & cathedram ecclæ-  
asticam applicavit, aliis tamen studiis non neglectis. Ceterum qvia  
ardor, & cupiditas usurpandi oculis, discreta terrarum marumq;  
intervallis loca, in Domino CANDIDATO nondum deferuerat, re-  
frixeratq;, qvin incendio acriore æstuare coeparat, & increbescere, an.  
1675. sub æstatem, iter in Bataviam & Angliam ingressus, junctus  
Amicissimo unitineris socio, non tantum varias illuc novaturientium  
hujus temporis ingeniourum opiniones, sectas ac religionum schisma-  
ta, cognovit, cumq; præcipuis sectarū istarum in Belgio & Anglia Do-  
ctoribus sermones contulit: sed & præcipue, Oxonii ad instructissimā  
Bibliothecam Bodleianam, & in hâc ad historiam Ecclesiasticam di-  
ligenitiū evolvendam, & magnorum ac Doctissimorum Virorum,  
etiam eorum qui Reverendissimā Episcopali dignitate in Angliâ ful-  
gent, benevolentiam & familiaritatem aditus ipsi est patefactus. In-  
ter illos, honoris & memorie causâ præcipue nominat Eduar-  
dum Bernardum, Professorem Savilianum, Theol. ac philol. insignem,  
eius singularieruditioni ac amicitia in quotidiano convictu multum  
se debere faretur. Seqvente anno 1676. post brevem in alias Angliae  
regiones excursionem, Cantabrigensem quoq; adiit Academiam, ubi  
pariter Bibliothecâ publicâ, nec non privatâ D. Abendane Iudei ope-  
râ ad intelligendum, post alias occidentales lingvas, etiam Hispani-  
cum idiomæ, usus est, post utibilem autem sibi, & in Cantabrigien-  
si, & Regiâ Londinenſi commorationem, tandem Belgium quoq; Re-  
gium Hispanicum ingressus & iuistrato illo, in patriam reversus, repeti-  
tis homileticis, ante hos sex menses hanc Universitatem accessit, à Ce-  
leberrimo Theologo Da. D. SIRICIO Collega honoratissimo, meo  
commendatus contuberaio. Qvam in isthoc intervallo, templa & Au-  
ditoria Theologica (in Anti-Calvinismo in primis nostro, XVI. super  
disputationibus publicis intra bimestre spatium absoluto) frequentan-  
do, pietatis, & vita illibata exemplo longè plurimis præfulgendo, &  
collectam doctrinæ omnimoda ubertatem ac opulentiam, domi quoq;  
eruditis colloqviis, & judicio, qvam, qvæ Theologum scire decet, se-  
lecta, seposita, ac velut in numerato haberet, probando, pie, solerter,

rever-

reverenter, egerit, id verò operosà commemoratione nunc recensere  
supersedeo, ne quid amori erga Convictorē, ejusdemq; meum Meso-  
selenii in colam dedisse videar. Nec opus illud prolixè commemorare,  
quod toti nostrae constat Academiz. Unde factum, ut cum super m.  
Majo d. 29. nobis desideria sua sanctiora & honestissima, Scripto, ad  
Rev. Facult. Theol. directo, more Majorum explicaret, & ut ad Exam-  
inū & Disputationis pro gradu solemnia admitteretur, reverenter con-  
tenderet, decretū Ordinis nostri, ob causas singulares, ex ipso superiori  
curlu studiorū facilè legendas, communī suffragio, impetraret. Ad  
Examēnē solemnē die sexto Junii admissus, pietatē, modestiam, ingeniu  
diligentia ac exercitii līmā, doctrināq; præceptis in usum salubrem se-  
positis, lingvarum quoq; Theologo partim necessariarum, partim de-  
corarum cognitione probè excultum, & quod caput est, in quaunq;  
Theologiz̄ parte, pectus non saltem bene præparatum: sed & instru-  
ctissimum, judiciumq; in re Theologicā accuratum, sic satis egregiè  
probavit. Utiverò tam Illustres Rev. DN. Candidati in Theologiā  
processus, oppletumq; omni doctrinā sublimioris genere pectus toti  
Academiz̄ constare possint, & ex ipsā pugnā eruditā tanto magis de-  
inceps illustrari Viri juvenis Theologi corona, producimus nunc illum  
in publicum, ex decreto Venerab. Facult. Theologicæ, pro obtinendis  
supremis, in Theologiā honoribus (quod felix & faustum faxit ē ē  
vīsīcīs!) d. XXIIX. AUGUSTI inde ab 8. matutinā horis antemeridiā-  
nis, & postmeridianis, adusq; solem occidentem, in Auditorio Majore  
pro varo OBJECTO ADORATIONIS RELIGIOSÆ contra varias  
hæreses, de illius Majestate deminuentes, in Altissimi gloriam, pul-  
cherrime militaturum, & de illo publicè responsa Theologica datu-  
rum. Ad quem actum frequentiori præsentia, illustriq; Coronā ce-  
lebriorem reddendum, profectusq; Clarissimi DN. Candidati, in rebus  
in primis Theologicis, auribus animisq; benevolis usurpandum, meo  
totiusq; Reverendæ Facultatis Theologicæ nomine, Magistricum Do.  
Rectorem, Excellentissimos Dominos Professores, Doctores, Licentia-  
tos, Reverendos Verbi Divini Ministros, Clariss. Philosoph. Ma-  
gistros, Generosos & floridissimos Studiosos, omnes denique alios  
Literatos, & Literatorum Fautores, è, quādecet & fas est, reveren-  
tiā & humanitate invito.

P. P. Sub Sigillo Collegii Theol. Dom. X. post Trin. s. XIX. Aug.  
Anno M. DC. LXXVII.

1677







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737562153/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562153/phys_0023)

DFG



man atq; Erfursum adiit, & celeberrimorum  
 conspectu, & colloqvo sitibundum omnimod  
 plevit. Elapsis aliquot mensibus, incolmis, læ  
 rimæ patriæ est redditus. Substitit igitur Lü  
 sum, animumq; interea temporis ad homiletic  
 hasticam applicavit, aliis tamen studiis non ne  
 ardor, & cupiditas usurpandi oculis, discreta  
 intervallis loca, in Domino CANDIDATO no  
 frixeratq;, qv in incendio acriore æstuare coepe  
 1675. sub æstatem, iter in Bataviam & Anglia  
 Amicissimo uni itineris socio, non tantum vari  
 hujus temporis ingeniorum opinione, sectas a  
 ea, cognovit, cumq; præcipuis sectarū istarum i  
 àoribus sermones contulit: sed &, præcipue, O  
 Bibliothecam Bodleianam, & in hac ad histor  
 ligentius evolvendam, & magnorum ac Docti  
 etiam eorum qvi Reverendissimā Episcopali d  
 gent, benevolentiam & familiaritatē aditus ip  
 ter illos, honoris & memorie cauſa præci  
 dum Bernardum, Professorem Savilianum, The  
 cuius singulari eruditio ac amicitia in qvotida  
 se debere fatetur. Seqente anno 1676. post bi  
 regiones excusum, Cantabrigensem qvoq; a  
 pariter Bibliothecā publicā, nec non privatā D.  
 rā ad intelligendum, post alias occidentales li  
 cum idioma, usus est, post utibilem autem sibi  
 fī, & Regiā Londinensi commorationem, tandem  
 gium Hispánicum ingressus & illustrato illo, in pat  
 tis homileticis, ante hos sex menses hanc Univer  
 leberrimo Theologo Da. D. SIRICIO Collega  
 commendatus contuberaio. Qvām in isthoc int  
 ditoria Theologica (in Anti-Calvinismo inprim  
 disputationibus publicis intra bienniū spatiū a  
 do, pietatis, & virtutis illibatae exemplo longè plu  
 collectam doctrinæ omnimodā ubertatem ac opu  
 eruditis colloqviis, & judicio, qvām, qvæ Theo  
 logia, seposita, ac velut in numerato haberet, pre

